

se connaturalem intellectui lumine informato, aliud esse naturalem; hoc secundum negant Scotus & Scotista, non vero primum, quandoquidem quantumvis intellectus sit lumine perfusus, visio semper est ei supernaturalis, & libera, & respectu ejus essentia est objectum supernaturale, & liberum, non vero naturaliter motivum; & quamvis visio sit quodammodo exigita ab intellectu in tali statu, eique debeat concursus specialis objecti beatifici; quoniam tamen hoc ei non convenit ex natura rei, sed ex ordinatione divina, & ex suppositione doni, & principii supernaturalis, quod est ipsum lumen, ideò nunquam dici potest visio ei naturalis simpliciter, & absolute; sed tantum connaturalis secundum quid, supposita nimirum elevatione ad talem statum, cum quo adhuc fiat, quod semper sit simpliciter supernaturalis, ut constat ex n. 9. Itaq. in hoc sensu intelligendum est id, quod communitur dicitur, minus luminis gloriae esse confortare, & elevare intellectum beati, juvendo illum, tanquam à principium activum immediate concurrans ad productionem beate visionis, non quod sit ei tota ratio agendi, ut dicebat Thomista cit. nu. 139. neque quia auget ejus virtutem intrinsecè intellectus, & vitalis, quia lumen gloriae neque vita est, neque intellectivum; sed tantum in eo sensu, quod cum elevat ad statum potentiae supernaturalis, ut connaturalis cum eo sic elevato concurrat essentia divina per modum objecti ad beatam visionem efficiendam, & aliquoquin intellectus etiam nudo, & lumine gloriae destituito se se manifestando posset cum eo beatam visionem efficere, non servata tali connaturalitate per solam elevationem in actu secundo, ut dicemus §. seq.

152 Dices, juxta nostram sententiam superius traditam, essentia divina de facto duplici titulo effective còcurrit ad visionem beatam efficiendam, primo per influxum generalem, quatenus est prima, & universalis causa, influens in omnes effectus causarum secundarum, tam ordinis naturalis, quam supernaturalis; deinde per influxum specialem, & particularem omnino supernaturalem, quatenus est objectum visionis, sed ab hoc speciali còcurfu sufficere sumitur supernaturalitas visionis, ergo frustra ponitur lumen ad dandam supernaturalitatem, ac etiam ad elevandum intellectum, quia per talem specialem concursum, ac omnino indubitum sufficienter elevatur ad visionem efficiendam. Respondeo eodem argumento aequè bene probari habitus fidei, & charitatis in via esse perfusos, quia eorum actus sunt etiam cum speciali auxilio Dei, per modum concursus, à quo sufficienter dicentur supernaturales, & à quo etiam sufficienter potentiae nostrae dicentur elevare ad eos producendos; sicut igitur non inconvenit in via, eundem actum duplici titulo, sed ex duplici capite dici supernaturalem, quia scilicet producitur ab habitu supernaturali, & per specialem auxilium actuale, neque inconvenit, ex hoc duplici capite potentiam elevari ad talem actum producendum, ita quoque in patria non inconvenit actum nobilissimum visionis duplici titulo, & ex duplici capite fortiori rationem supernaturality, & ex parte habitus luminis, & ex parte concursus specialis objecti beatifici, pariter intellectus ex utroque capite elevari ad illud producendum, & ex parte concursus specialis, quae elevatio pertinet ad actum secundum; & ex parte habitus luminis, potentiam elevantis ad statum supernaturalem, quae elevatio spectat ad actum primum, & regulariter est necessaria, ut actus cum majori connaturalitate procedat à potentia quoque elevata in actu primo. Vide Lufitan. l. 10. q. 3. art. 6. §. 3. ubi fusè probat, id esse præcipuum munus luminis transferre, scilicet intellectum ad esse supernaturalem ordinis, ut reddat proportionatam visioni virtutem ejus innatam infectorum ordinis, & remotam, ut ait Scot. 4. d. 49. q. 11. in fine.

QUESTIO QUINTA.

An intellectus creatus possit divinum elevari ad beatam visionem producendam absque lumine gloriae.

153 Diximus supra q. 3. consonantius esse determinationi Còcili Viennensis admittere de facto in intellectu beato lumen gloriae, vel per modum habitus, & qualitatibus permanentis, vel saltem per modum actualis auxilii, intrinsecè inherētis intellectui per modum principii, potentia elevantis in actu primo, ut sit proportionata ad actum visionis efficiendum cum objecto; & modo queritur, an de potentia Dei absoluta possit intellectus elevari sine lumine sic accepto, per solum auxilium extrinsecum, sive per concursum specialem duntaxat objecti, cum potentia supernaturaliter còcurrentis; quae difficultas proportionaliter etiam procedit in actibus fidei, spei, & charitatis, unde etiam sub ampliori titulo solet proponi questio, an de potentia absoluta actus supernaturales possint elici sine principio supernaturali intrinsecè inherētis, quod actus in illos influat; Thomista universim defendunt, nullam potentiam naturalem posse producere actum supernaturalem sine habitu, aut alio prin-

cipio intrinsecè inherente supplete vias habitus, & activè ad illum concurrere, & consequenter in proposito defendunt non posse fieri visionem beatam sine lumine gloriae habituali, aut aliqua virtute intrinsecè intellectui inherente, & per modum principii eam elevantis, & constitutivae in actu primo à Cajet. 1. p. q. 12. ar. 5. Banez ibid. dub. 3. Nazarius contr. 2. Jo. à S. Thoma. d. 14. Salmaticensis tract. 2. disp. 4. dub. 4. & 5. Alvarez de auxiliis disp. 7. Capreol. 4. d. 49. q. 4. art. 3. Scotus ibid. q. 2. ar. 4. Ferrara 3. contra gentes cap. 54. & alii Thomista passim, quos sequitur Lufitanus lib. 9. quaest. 6. art. un.

Opposita sententia communis est extrà scholam D. Th. qua docuit Scotus 3. dist. 14. quaest. 2. art. 2. & cum eo Scotista omnes Licher. & Tatar. ibid. Basilius 1. art. 1. Maiton. dist. 12. q. 2. Faber disp. 32. cap. 3. Averin. art. 5. Gallus prælud. 2. disp. 2. disp. 1. sect. 2. & 3. Vulpes tom. 1. disp. 13. art. 9. Sghema tit. 32. quaest. 9. Poncius disp. 4. de visione q. 10. concl. 3. Smifing. tract. 2. disp. 6. q. 4. nu. 8. & Recentiores Passim Suarez lib. 2. de attributis cap. 16. Vafquez p. 1. disp. 46. Salas tom. 1. in p. 2. q. 3. tract. 2. disp. 5. sect. 4. Fafol. p. 1. qu. 12. art. 5. dub. 12. ubi Molin. art. 5. disp. 1. Valent. disp. 1. qu. 12. punct. 3. Ovied. p. 2. tract. 1. cont. 8. punct. 2. Arriag. tract. de visione disp. 7. sec. 2. subsec. 2. Lezana tract. 3. disp. 2. qu. 5. Aversa q. 12. sect. 16. Becan. p. 1. tract. 2. cap. 9. q. 4. Amic. disp. 9. sect. 2. & alii passim, Hac itaque sententia asserit, lumen gloriae non esse adeo necessarium intellectui ad videndum Deum, ut implicet contradictionem, Deum se solo sine infusione luminis gloriae, aut alterius supernaturalis qualitatibus in intellectu inherētis, sive habitualis, & naturae suae permanentis sive quae fit per modum actualis motionis, & passionis transeuntis, & habeat rationem principii effectivæ, elevare intellectum ad visionem beatificam efficiendam, per solum concursum specialem extrinsecum; quae quidem sententia sicut communior est, ita verior, & probabilior, atque ideò tenenda, ut favorabilior omnipotentiae divinae.

ARTICULUS PRIMUS.

Sententia affirmans probabilior.

155 **F**undamentum præcipuum hujus sententiae, quo omnes ejus sectatores utuntur, sumitur ex Scot. loc. cit. 3. dist. 14. quaest. 2. art. 2. §. præterea. Quicquid potest Deus per causam efficientem mediam, potest etiam immediate, & se solo, quod est axioma apud Theologos, & evidenter probatur, quia in hoc nullo lae cernitur imperfectio, & implicancia, sed potius magis perfectio, & consequenter possibilis; cum igitur lumen ex dictis nullum influxum habeat in visionem, quàm effectivè, poterit Deus consequenter supplete defectum ejus, & absque ipso visionem cum intellectu producere. Adversarii ad solvendum hunc nodum nituntur offendere, lumen gloriae vel esse necessarium principii actionis vitalis, qualis est visio, vel aliquo modo causam formalem ejus. Quidam igitur conantur infirmate majorem dicere, esse veram de aliis causis, & effectibus, præterquam vitalibus, qui necessarii manere debent à principio vitali, quare cum lumen sit quoddam principium vitale, quia influat in actionem vitalem, effectus ejus nequit suppleri à Deo. Sed in primis major illa veritatem habet etiam in effectibus vitalibus, unde Deus se solo potest in intellectu, vel voluntate nostram sanctam cognitionem infundere aut inspirationem, ut dicitur dist. 2. de anima n. 42. Deinde falsum est lumen esse principium vitale, nam quavis habitus, & species impressa dici possit virtus potentiae vitalis, ac per consequens vitalis, quafi in obliquo, non tamen est vitalis in recto; & tantò minus dici potest potentia vitalis, quia non percipit objectum, non est principium intrinsecum fluens ab ipsa substantia viventis, aut saltem aptum ab ipsa fluere, quod essentialiter requiritur ad potentiam vitalem, lumen vero est ab extrinsecò tantum intellectui infusum; quia omnis potentia vitalis est passio propria, vel innata facultatis alicujus vice substantialis, eique realiter identificata præsertim in schola nostra at lumen gloriae nullius substantialis create passio connaturalis esse potest, quare omnino improbabile, & commettitum esse dicere, lumen esse principium vitale in seipso, etiam cum potentia vitali concurrat ad ejus operationem, sicut dicimus de ceteris habitibus, quos tamen non ideò dicimus, esse vitales, aut principia vitalia, quod etiam ingenuè fateatur Lufitanus lib. 10. q. 3. art. 2. n. 27. etiam si oppositum tunc patet, itaque revera ad actum visionis efficiendum duplex causa conjungitur, una vitalis, & altera supernaturalis; unde ratio vitalitatis solum sequitur Deum non posse per se supplete concursum causæ vitalis in principii Thomistarum, interim de alia causa, supernaturali non vitali, qualem est lumen, major illa procedere debet.

156 Alii nuntur, vario modo explicare hanc objectionem, nempe posse Deum quidem facere, se solo visionem, & universim aliter omnem effectum, non tamen posse facere, ut alia causa secunda efficiat sine principio, & sine forma efficiendi, qualem

dicunt esse in proposito lumen gloriae ad producendum visionem, ita Ferratinus, Soto, & Banez loc. cit. Explicat aliis, posse Deum se solo quicquid potest cum causa secunda efficiente per se loquendo, & nisi in aliqua materia speciali ex supplementatione habet secunda repugnancia oritur, ut eveniret in casu; virtutem completam sine lumine inherente non habeat saltem peracti ad eam visionem per modum instrumenti, & immediate elevati per assistentiam, & motionem principialis agentis; unde ex visio principaliter tribuetur Deo, & atq; adeò magis ipse Deus, quam intellectus creatus, diceretur illa visione videre. Sed prima explicatio supponit falsam doctrinam, quae præcedit, reflatam in sexto modo dicendi, quod lumen sit tota virtus intellectus ad videndum, quod est falsum, nam intellectus quoque in suo ordine est principium intrinsecum visionis, cui extrinsecè de facto ab ejus incompletam virtutem superadditur aliud extrinsecum principium supernaturale, scilicet lumen gloriae, quare si intellectus videret sine lumine, non ageret sine ullo principio intrinsecò, sed solum illud auxilium, quod nunc habet à lumine per modum principii, haberet immediate à Deo per solum concursum extrinsecum specialem. Ex quo etiam patet falsitas alterius explicationis, quia falsum est, intellectum concurrere per modum instrumenti, cum virtutem suam incompletam, & partialem habeat in esse quieto, & per eam vera attingat effectum productum; instrumentum vero, vel non attingit effectum principialis agentis, vel si attingit, non agit per virtutem habitam in esse quieto, sed in ipsa motione actuali ab agente principali participatam, ut dictum est in Physica; & quando etiam poneretur visio totaliter, à solo Deo producta, nullo modo concurrente intellectu activo, adhuc non sequeretur, visionem denominatam Deum videntem, sed solum intellectum, quia visio non denominat causam efficientem, sed recipientem, & habentem, ut notat Doct. l. 3. q. 9. E. & V.

157 Alii proinde concessa majori dicunt ad minorem, lumen gloriae ad visionem non tantum concurrere in genere causae efficientis, sed etiam materialis, & dispositivae, ut patet auctorem Deum supplete causam materialem. Sed & hæc quoque res, posito falsam supponit doctrinam de materiali, & dispositivo lumine concursu quo, præcedit, rejeçtam; & quando etiam talis concursus luminis tribueretur, adhuc falsum est, non posse à Deo suppleri; cum enim dicitur Deus, causam materialem esse à Deo infulgentem, hoc tantum intelligitur de causa materiali intrinsecà, quae scilicet ingreditur compositionem, & constitutionem totius, non autem de extrinsecà, quae solum concurrat, ut conditio, sine qua non ad introductionem formae, quia nulla cernitur repugnancia in hoc, quod Deus uniat formam subjecto, non habente dispositiones connaturales requisitas, cum de potentia absoluta possit in eodem subjecto ponere formas etiam invicem contrarias. Lufitanus loc. cit. nu. 124. respondet, posse Deum supplete effectum formae efficientis tantum, lumen vero esse formam, quae objectum manifestatur, & effectum hunc formalem à Deo suppleri non posse, hanc autem manifestationem objecti beatifici fieri à lumine in genere causae formalis inde statuit, quia omnis visio, & cognitio requirit lumen, per quod objectum manifestetur, & cognitio requiritur in omni visione, nam corporalis haberi nequit, nisi medium perfundatur lumine, quod manifestet colorem, nec principia prima cognoscitur, nisi illuminetur objectum per lumen intellectus; nec conclusio, nisi illuminetur per lumen principiorum, nec articuli, nisi per lumen fidei, & hæc illuminatio non fit effective, sed efficiendo aliquid, sed per formalem aliquam illustrationem; ergo intellectus nequit videre Deum, nisi prius illuminetur per lumen, quod illustrat non efficiendo, sed formaliter illuminando, ut lumen, colorem.

Cæterum quicquid modo fit, an casualis forma possit à Deo suppleri, quoniam enim posse à Deo suppleri, nonnulli opinantur exemplantem de calore respectu ignis, cuius conservatio dependet à calore, ut forma sua accidentaliter connaturali, & tamen illam Deus absque calore conservare potest; quicquid, inquam, sit de hoc puncto, falsum omnino est, lumen gloriae esse causam formalem manifestationis objecti beatifici, est enim tantum causa efficiens partialis, nec lumen gloriae dicitur tale, quia aliud illuminat per modum formae, sed quia causa visio-

vium præter ipsam speciem, vel concursum efficientis cum visu; ergo cum Deus sit primum lumen per essentiam, non eget alio lumine, ut manifestetur, cum sine illo possit de potentia absoluta videri; & quando cognitio etiam aliquid objecti intelligibilis requirit aliquam illuminationem præviam, aut lumen intellectuale, plane non pendet ab eo, nisi in genere causae efficientis, ut patet ex ipsis exemplis illius inductionis, sic enim prima principia cognoscuntur per lumen intellectus, conclusiones per lumen principiorum, & articuli per lumen fidei, unde constat, totum illum discursum esse in falso possum. Et plane proportio, quam putavit Lufitanus esse inter concursum luminis gloriae ad visionem beatam, & luminis corpori ad visionem ocularem, omnino falsa nititur imaginationi, imaginatur enim, aliquam esse lucem, quae Deus prius illuminetur, sicut color illuminatur à luce materiali, quod omnino ineptum est, nam nequit explicari, quomodo lumen gloriae, quod est accidens intellectui inherens, talem effectum formalem illuminandi circa Deum exerceat, potius namque in hoc sensu deberet dici, intellectum illustrare, cui inheret, quam Deum; et tamen vera lumen gloriae esse habitus, qui de se nihil illuminat, sed tale dicitur, quia visio non causat; Hinc probe monet Doctor 4. dist. 49. quaest. 11. H. quod illa proportio luminis gloriae cum lumine corporali in illuminatione objecti est penitus metaphorica, quia objectum, quod de se est lux, vel lucidum, non indiget alio lumine, ut videatur, & quanto objectum est magis in se lux, tantò minus propter ipsum requiritur de lumine.

159 Alterum nostrae sententiae fundamentum est argumentum, quod procedit in omnibus questionibus de potentia Dei absoluta, nulla repugnancia cernitur in eo, quod actus supernaturalis à potentia naturali procedat, & ab omnipotentia Dei per concursum specialem, supplete vias habitus supernaturales, & cuiuslibet alterius principii intrinsecè ita potentia naturalis elevetur per omnipotentiam, illi extrinsecè assistentem, & præstantem concursum aequivalentem illi, qui præstatetur à principio supernaturali intrinsecò, ergo poterit actus supernaturalis sic produci, & probatur assumptum, excludendo præcipua capita, unde Adversarii implicanciam deducunt; Vel enim concursus visionis, quatenus vitalis, satis habet, si procedat à causa vitali, & hoc salvatur, non minus concursus immediato Dei, quàm cum concursu luminis. Vel sumitur ex supernaturalitate, & hoc non, quia effectus supernaturalis, ut sic, satis habet, si procedat à principio supernaturali, & hoc etiam salvatur, ut proposito, quia hoc habebit actus ex eo, quod procedat ab omnipotentia, non solum concursu universali, sed specialiter in illum influente; imò etiam de facto, quoniam visio supernaturalitas attendatur etiam ex luminis concursu, adhuc magis principia attenditur quoad Deo, specialiter concurrente per modum objecti, cum magis superet Deus ipse in ratione objecti facultatem potentie intellectivae, quam lumen gloriae, quod est agens creatum; Tum quia etiam hic in via plures actus supernaturales à nobis eliciuntur, ut credendi, sperandi, diligendi sine aliquo habitu, & cum solo Dei auxilio speciali; ergo etiam in patria poterit elici actus visionis sine solo connaturali luminis habitu, Deo illius concursum supplete. Nec refert, quod actus viae sint supernaturales tantum secundum modum, non vero secundum substantiam, sicut sunt actus patrie. Nam etiam hoc admisso, quod tamen plures negant, certum est, concursum Dei immediatum non esse actionem minus supernaturalem, quam concursus luminis gloriae, quod est purum agens creatum, si ergo còcurfus luminis gloriae sufficit ad præstandam visioni supernaturalitatem secundum substantiam, tantò magis sufficiens erit concursus Dei immediatus, & specialis. Rursum, vel repugnancia sumitur ex eo, quod potentia naturalis esse sit inproportionata ad supernaturalitatem; & hoc non, quia proportionata poterit per principium extrinsecum, quod adiuvanti potest, & suppleri defectus virtutis, qui in ea est, & per concursum specialem aequivalentem illi, quo adjuvaretur à principio supernaturali intrinsecò, nam ut causa producat, vel producere possit effectum, saltem partialiter, opus non est, quod habeat in se ipsa rotam vim agendi, sed aliquid tantum, per quam possit alterius causæ confortio esse, & attingere, neque ex eo, quod non ipse solus agit per integrum virtutem, sed simul cum extrinsecà causa concurrente, dicendum est, visionem non attingere, aut non attingere, ut supernaturalem saltem specificativè, nam ut verè dicitur, eam attingere, sufficit, quod ad eam concurrat per aliquam virtutem sibi intrinsecam, saltem inchoatam, & completam, ut dicitur eam attingere etiam, ut supernaturalem specificativè, sufficit, ut conjunctim ad eam cogat cum agente supernaturali, & increato specialem concurrerit. Nec tandem refert, quod concessa supernaturalis secum coagens esset et extrinsecà, & assistens, non autem intrinsecà, & inherens, ut, modo est, lumen; quia in-

tellectus non coexistit lumen, tanquam formam, qua actuetur in genere cause formalis, sed tanquam principium, quo adjuvetur in genere cause efficientis ad eliciendum actum; unde, ut inquit Averro, si lumen glorie non esset qualitas, sed substantia quedam per se stans, dummodo posset ad actum visionis simul cum intellectu concurrere, sufficienter haberetur, quicquid ad eliciendam visionem requiritur; ergo bene poterit Deus simul cum intellectu cooperans supplere luminis glorie concursum.

ARTICULUS SECUNDUS.

Explicatur implicatio a Thomis obiecta.

160 I n oppositum plures implicatioes excogitarunt Thomista in hoc, quod intellectus elevetur abque lumine glorie ad Deum videndum; Primo, ut intellectus concurrat ad visionem, debet elevari, & constitui in actu primo potens ad producendam visionem, quia talem actum primum de se non habet; sed nequit sic elevari in actu primo abque alio principio intrinseco, sive per modum habitus, & qualitatis permanentis, sive per modum actualis auxilii, intrinsece inherens ergo nequit abque lumine intrinseco visionem producere. Respond. negando minorem, siquidem intellectus non aliter elevari debet ad visionem, quam quatenus debet habere aliud principium supernaturale adjuvans ipsum ad producendam visionem, que est superioris ordinis, scilicet supernaturalis; ut autem constat ex dictis num. preced. parum refert, quod aliud principium coadiuvans sit aliquod intrinsecum, & inherens in ipso intellectu, vel solum extrinsecum assistens; quia etiam quando est in intellectu ipsum lumen, non requiritur, nisi ut causa efficiens; tunc igitur sufficienter cessatur intellectus in actu primo constitutus proximè, quando Deus intelligitur ad concurrendum cum eo; in hoc v.g. instanti ad visionem, concursu equivalent illi, qui prestaretur a lumine inherenti; & tunc censetur elevari in actu secundo, quando Deus actu prestat, & exhibet lumen concursum equivalentem. Dices, intellectus non potest elicere visionem sine aliqua virtute sibi intrinseca, hæc autem non potest esse efficacia intrinseca, ergo erit qualitas superaddita ei inherens. Respond. necessario, necessarium esse virtutem intrinsecam, non tamen integram, & completam, sed sufficientem incompletam, & inchoatam, siquidem hæc potest completari, & elevari per concursum Dei speciale, lumini equivalentem. Dices; ad actus naturales datur potentia vitalis naturalis intrinseca completa; ergo etiam ad actus supernaturales debet dari potentia vitalis supernaturalis intrinseca completa; ergo necessarium debet dari lumen glorie intellectui intrinsecum, & inherens, à quo elevatur ad supernaturalem principium, & potentia complete. Respond. negando primam consequentiam, ratio disparitatis est, quia actus naturales, ut sic, sunt proportionati principio vitali naturali, & hæc est, quod potentia etiam exigat naturaliter, quod est principium illorum actuum, & actus supernaturales, eo quod tales, non sunt exigiti potentia naturali, ex quo etiam fit, quod neque potentia naturalis exigat principium necessarium ad actus illos eliciendos; unde etiam principium erit potentia ipsi supernaturale; quare nullo modo potentia vitalis circa actus supernaturales erit adæquata, & completa; paritas igitur stat tantum in hoc, quod sicuti ad actus naturales datur potentia vitalis naturalis intrinseca, ita etiam ad actus supernaturales debet dari potentia vitalis intrinseca naturalis, non tamen integra, & completa, in ordine suo, sed que compleatur per principium aliquid supernaturale, sive intrinsecum, sive extrinsecum.

161 Sed instabit adhuc, nulla potentia potest efficere actum vitalem supernaturalem, nisi sit in actu primo virtus supernaturalis; sed in hoc genere intellectus actuatur per formam supernaturalem intrinsecam; ergo abque hac forma non potest actum visionis efficere. Negatur minor, satis enim est intellectui cooperari agens supernaturale, supplens defectum intellectus, sic enim intrinsecum totius cause adæquate, sicut in actu primo totali, & adæquato reperitur, etiam agens vitale, tum agens supernaturale. Dices, postquam etiam hoc concursu speciali Dei lumini equivalenti non habet intellectus maiorem virtutem ad visionem, quam antea habebat, sed antea non habebat sufficientem virtutem in ordine suo ad videndum Deum; ergo nec potest. Respond. id non sequi, quamvis enim postquam illo concursu non habebat maiorem virtutem ad intrinsecum, quam habebat antea, quia in se nullam novam virtutem recipit; habet tamen maiorem ad extrinsecum, quoniam adjuvatur a Divino concursu, à quo antea non adjuvabatur; & argumentum etiam reverteri potest, quia etiam quando lumen inheret potentia; intrinseca habitus non confert vim intrinsecam potentia; in se, nec ejus innatam virtutem auget; sed tantum ipse habitus ex

se, & quoad unam partem influit in illum, potentia quoque simul cum ipso influente sua propria virtute, ut constat exemplo caloris, qui aque inherens nullam ei confert virtutem intrinsecam calefaciendi; si ergo influxus habitus suppleatur per concursum extrinsecum immediatum, inherenti defectus nihil influxui potentia; præjudicabit.

Secundo intellectus concurrat ad visionem, tanquam causa principalis; ergo debet virtutem sibi intrinsecam, & visioni proportionatam; ergo non potest visionem elicere sine lumine glorie, sive per modum permanentis, sive per modum qualitatis fluentis accepto, à quo compleatur idem intellectus in ratione principii, & potentia supernaturalis; antecedens patet quæst. seq. prima consequentia probatur, quia in hoc differt causa principalis ab instrumentali, quod hæc non proportionetur effectui, illa vero debet proportionari; altera consequentia probatur, nam visio est supernaturalis, intellectus autem est potentia naturalis; ergo debet proportionari ab aliquo principio intrinseco supernaturali; sive lumine glorie. Respond. eo, satis constat ex dictis num. 156. quod etiam data hypothesi, intellectus non concurreret per modum instrumenti, quia ageret per virtutem propriam sibi convenientem in esse quieto, licet incompletam, & partialem; artamen ad formam argumenti, concessio antecedente, & prima parte consequentia distinguo secundam partem, causa principalis debet habere virtutem proportionatam in suo genere, concedo; simpliciter, & adæquate; adhuc distinguo, per virtutem superadditam, & semper intrinsecam, seu inherentem, nego; per aliud superadditum, vel intrinsecum, vel sicut extrinsecum, & concedo quod planè constat exemplo duorum, nam trahentium, quorum unus adjuvatur ab altero, non quia ab illo aliqua virtus sibi superaddatur, sed quia unus cum altero facit integrum una causam totalem, unde uterque exeunt in actum, quemadmodum etiam dicitur de concursu maris, & femine in generatione prolis; sic in casu nostro evenit de intellectu, cuius incompleta virtus ab omnipotentia Dei, applicata per suum decretum, tanquam per concursum supernaturalem, cum qua constituit unam totalem causam; ad probationem consequentiam, quod intellectus est naturalis, & visio supernaturalis, ergo est improportionatus; distinguo rursus, simpliciter, & adæquate, concedo; secundum quid, & in suo genere, negatur; proportionatur autem per virtutem sibi additam intrinsecam, vel extrinsecam, ab agente superiori tibi communicatam, & sic negatur ultima consequentia. Dices, causa operans, ut mota ab alia causa extrinseca elevante, tantum agit, ut instrumentum, ad differentiam cause operantis per propriam formam intrinsecam; sed in casu intellectu operatur, ut motus duntaxat à causa extrinseca ipsam elevante; ergo ageret præcisè per modum instrumenti; Negatur minor, quia etiam ageret per propriam virtutem sibi innatam, & non tantum, ut motus, & elevatus à causa extrinseca superiori; & dum intellectus elevaretur modo explicato, non aliter dici deberet causa instrumentalis, vel principalis, quam nunc dicitur de facto, dum elevatur per lumen, quia in utroque casu semper intellectus concurrat ad visionem, per propriam virtutem sibi convenientem in esse quieto, quamvis partialem, & incompletam, & solum esse discrimen in hoc, quod de facto concursa supernaturale est intrinseca intellectui, in illo vero casu est tantum extrinseca, quod non refert ad hoc, quod intellectus dicitur causa visionis principalis, vel instrumentalis. Dices, si intellectus est causa principalis actus supernaturalis, ergo debet esse causa proportionata ad eum producendum, sed sine principio intrinseco supernaturali non est proportionata, siquidem manet purè naturalis, ergo sine hoc principio non poterit illum producere, vel producat solum, ut causa instrumentalis. Negatur subtilata minor, siquidem potest etiam proportionari per omnipotentiam extrinsecam assistentem, vi cuius in actu primo, & proximo constitueretur ad actum supernaturalem producendum, ad probationem, quod intellectus sine tali principio intrinseco supernaturali manet potentia merè naturalis, dico, quod etiam quando lumen informatur, ut à forma intrinseca, quatenus ab eo conditio factus, manet adhuc potentia naturalis. Nec valet dicitur, tunc supernaturalizari forma intrinseca, supernaturale. Hoc enim ad summum nil aliud est; quàm potentiam naturalem informatam supernaturalem, que intrinseca informato, licet dicitur intrinseca supernaturalizatio, absolute necessaria non est, ut potentia naturalis possit actum supernaturalem elicere, sed sufficit quod loco illius intrinsece supernaturalizationis succedat extrinseca assistentia divini omnipotentis per concursum in specielem; adjuvantis naturalem potentiam ad actum supernaturalem; que assistentia supernaturalizatio extrinseca dici potest, & tãdem idem indicium fieri debet de ista supernaturalizatione, quod fit de elevatione, cum idem in te significent.

Tertio implicat, intellectum intelligere abque intrinseca virtute

159 ite intelligendi; quoniam intellectus est principium vitale, & eius essentia est ut per intrinsecam virtutem opereetur; sed intellectus creatus ex se caret virtute videndi Deum; ergo implicat, esse illum videre abque superaddita virtute inherente. Resp. distinguendo minorem: caret intellectus virtute proxima, & completa, non tamen remota, & incompleta; hæc autem non solum compleri potest qualitate intrinsece inherente, sed etiam per extrinsecam assistentiam divini omnipotentis; Vel, & recidit in idem, nullam habet intellectus virtutem productivam actuum supernaturalium, independentem à principio supernaturali elevante, concedo; dependenter ab illo, nego; hoc autem principium elevans parum refert, quod sit intrinsecum, vel extrinsecum potentia elevante. Dices, lumen est tota ratio agendi, ergo sine illo implicat, actionem visionis produci ab intellectu. Negatur assumptum, ut constat ex dictis q. preced. nu. 146. Dices, saltem potentiam actionem productivam visionis debet esse supernaturalem, informantem est purè naturalis potentia; ergo sine hoc principio intrinseco nequit visionem producere; Respond. non quam intellectus creatum fieri posse intrinsece, & entitative potentiam supernaturalem, sed semper in se esse potentiam naturalem, & solum fieri supernaturalem per accidens ex conjunctione cum principio supernaturali, ipsum elevante, que elevatio, & supernaturalizatio eque bene fieri potest tam per intrinsecam principii supernaturalis inherentiam, quam per extrinsecam assistentiam.

Dices, vis innata intellectus per solam extrinsecam assistentiam virtutis supernaturalis manet intrinsece immutata; ergo manet improportionata ad actum supernaturalem, sicut antea; ergo implicat supposita hæc extrinseca assistentia divini omnipotentis; nequit producere actum supernaturalem, quia nulla causa communitate potest alteri, quod non habet in seipso; & hæc secundo debet præsupponi actus primus proportionatus. Negatur antecedens, quia licet intrinsece non mutetur recipiendo in se, & per informationem virtutis supernaturalis superadditam, mutaretur tamè ob unionem virtutis eæ; & talis unio, & conjunctio eæ ad idem relationem realem in intellectu fundatur, & ad illa terminatur ad alia concussam, quo pacto quilibet causa partialis dicitur immutari eo ipso, quod cum alia copariatim coniungitur ad communem effectum producendum, licet utramque virtutem intrinsece ab ea recipiat, bene neganda est nullaq; contentia, ad primam probationem concedendum est, causam alteri communicare non posse, quod in se non habet ullo modo, nec proximè, nec remotè; intellectus vero creatus licet proximè, sed in se non continet actum supernaturalem, continet tamen remotè, & inchoatè, quatenus conjunctus cum causa supernaturali potest illum attingere, de quo vide dicta ad hoc propositum nu. 146. Ad alteram probationem concedendum etiam est, cuilibet actu secundo primam præsupponi non tamen adæquate in unaquaque causa, sed adæquate in omnibus simul, inadæquate vero in singulis, hoc enim est proprium causarum partialium, ut effectus procedat ab omnibus coniunctim sumptis, & non seorsim, quia non in singulis, sed in omnibus simul continetur adæquate effectus producendus, ergo producatur actus supernaturalis, necesse non est utrumque; principium seorsim supponi in actu primo supernaturale, sed sufficit, si alterum tantum supponatur supernaturale, sed conjunctum ex utroque; hoc autem habet actus visionis, procedens ab intellectu, & omnipotentia, specialiter ad illum concurrente.

164 Quarto lumen glorie est virtus, & facultas intellectus creati ad videndum Deum, ergo idem est, intellectum videre sine lumine, quod videre sine virtute videndi; sicut ergo non est intelligibile, posse nocturnum videre Solem, nisi recipiendo maiorem virtutem, quam modo habet, ita dicendum de intellectu. Resp. arguuntur supponere falsum, scilicet lumen glorie esse totam virtutem elicivam visionis, sicut est calor in aqua ad calefaciendum, quo exemplo solent ut Thomis, quod, quam sit falsum, constat ex dicta qu. preced. itaque intellectum videre sine lumine, non est videre sine virtute formaliter videndi, & sine potentia vitali formaliter viviva, & immediate productiva ad receptivam in se visionis; hoc enim utique, effectus profusus in intelligibile, sed est videre sine alio principio extrinseco, non quidem formaliter vivo, sed tantum adjuvante, & relevante principium formaliter visivum, cuius vires in casu divina omnipotentia supplet per concursum speciale extrinsecum, quo etiam pacto post oculum nocturnum adjuvari à Deo ad sigendum actum in Solem, & quod hoc aliud adjuvans esse debeat aliqua virtus intrinseca inherens in ipso, & non sufficientia divina omnipotentia per influxum extrinsecum, est omnino falsum; immò sine ullo majori influxu id fieri posset à Deo, conservado solum temperiem oculi nocturnæ ad presertim Solis, hæc ab illo sensibili hædatur; non enim idem nequit noctua videre Solem, quia requirit maiorem virtutem visivam, sed tantum quia virtus ejus in se sufficientis ad cernendum Solem nequit in suo organo ad præsentiam, tam excellentem sensibilibus conservari.

Magistri in Senr. Tom. I.

167 Sed instat aliqui, quod sufficere expetari non videtur, quod de novo advenire possit supplens locum, & concursum luminis glorie per solam extrinsecam assistentiam divini omnipotentis; & quomodo fiat hoc supplementum. In hoc puncto Scotista nostri variè loquuntur, Vulpes dicit, 23. cit. art. 9. ait, ad hoc, ut creatus intellectus videat Deum simpliciter sine lumine, non oportere, Deum aliquid luminis casualitate supplere, quia nullam tale exercet lumen principalem, & physicam, sed tantum instrumentalem morale, quatenus postea lumen in intellectu, statim habetur divina presentia, ut dispositionem morali prævia ex ordinatione divina nullatenus interveniente physice casualitate ex parte luminis hujusmodi presentie, que suppleri debet; addit tamen ad intensum, & perfectiorem videndum Deum oportere, casualitate luminis supplet, quia ad talem intentionem concurrat lumen per veram, & physicam casualitatem Smining, verò qu. cit. n. 38. nullum profusus agnosce concursum in eo casu, qui velut supplet eorum principii habituales, ita ut minimè imaginandum sit, concurrat in principii creati debet esse ab ipso Deo suppleri, & quasi duplicem concursum præberi, unum commune ex parte Dei alterum particulare, quem præbet principium creatum, in modo non potest Deus, se quo illammet actionem ponere, quam poneret cû causa 2. quoniam hæc actio essentialiter respicitur tantumque causam, si verò non potest Deus se solo ponere actionem, quam ponet cum causa secundum illam est in actione solus Deus, quod possit censeri concursus, vel suppletio concursus principii habituales; Unde deducit universaliter loquens, quod cum dicitur solelem, unam causam supplet defectum, vel casualitatem alterius, non debet esse sensus, quod ponat casualitatem alterius, vel aliquid speciale vicarium casualitatis alterius, sed quod sola hæbeat effectum, ad quam altera nata concurrere, hæc, & nunc concurrere non potest. Alii verò communiter sentiunt in nostro casu quod elevetur intellectus ad beatam visionem sine lumine, necessarium esse maiorem concursum, quam nunc adhibeat, qui supplet deficientiam luminis, ut videre est apud Saut. lib. 2. cit. c. 16. n. 5.

Porro placuit Vulpes, quod lumen glorie physice tantum 166 concurrat ad intensum visionis, non autem ad substantiam actus, sive ad videndum Deum simpliciter explosione est superius n. 136. Quantum verò atinet ad placitum Smining, si in eo sensu intelligat, Deum nullam supplet lumen casualitatem in nostra hypothesi, quia Deus nequit se solo ponere illam actionem, que modo pendet à lumine; planè verum dicit, quia, ut dictum est in Physicis, actiones essentialiter respiciunt suas causas in particulari à quibus de facto procedunt, ideoque nec divinitus sine illis esse possunt, cum sint relationes illis essentialiter affixæ; atque ideo verum est in hoc sensu, Deum se solo concursum luminis supplet non posse, sicut nec alterius cause fecunde; si verò in eo sensu intelligat, ut quando una causa supplet casualitatem alterius, nec enim opus sit, quod magis vires suas exeret, nec aliquid speciale ponat vicarium casualitatis alterius, ut etiam intendere videtur planè loquitur communem, & veritatem; etenim constat, quod cum unus se solo movet aliquid pondus, quod cum socio antea movebat, magis exerit vires, & maiorem adhibet concursum, quo intensum dicitur suppletio concursum alterius, quare cum una causa dicitur suppletio casualitatem alterius, non tantum sensus est, quod sola hæbeat effectum, ad quem altera nata esse concurrere, & non concurrat; ut ait Smining, sed alterius significat, quod maiorem quoque adhibet concursum, scilicet equivalentem illi qui ab altera causa proceditur erat; & sic quoque in proposito, cum dicimus, Deum in casu suppletio esse concursum luminis, non tantum sensus est, quod se solo ponet cum intellectu visionem, quam modo producit mediante lumine, sed ulterius quoque quod maiorem adhibet concursum, quam nunc adhibeat, quatenus præstat concursum equivalentem illi, qui à lumine modo procedit; quo autè pacto divinitus eorum dicitur posse intentionem, vel remissionem suæ essentia, sicut virtualiter in modo applicati eundem actum efficacem ad plures effectus, exigentes iuxta eorum naturam maiorem, vel minorem influxum, declarat est d. 1. p. 1. Phys. q. 3. n. 74. & amplius in append. apolog. ad obiectiones Ponticus ad calc. tom. de Gener. a. n. 63.

Resp. itaq; quod hoc supplementum ex parte Dei addit 167 duo, in actu primo quidem voluntatem Dei paratam concurrere cum intellectu hic, & nunc ad visionem sine lumine, & in actu secundo ipsum concursum maiorem equivalentem illi, quia lumine proceditur erat; ex parte vero effectus addit, ut illum realem dependentiam, quam antea quodammodo divinitus habebat, & à Deo, & à lumine, nunc habet à solo Deo, & tandem ex parte intellectus dicit novum ordinem ipsius ad divinam omnipotentiam, nunc volentis cum eo immediate concurrere ad visionem sine luminis intervenit, & volentis concurrere, non ex vi, & exigentia constituti luminis glorie, qua ratione vult concurrere, quando intellectus est informatum lumine glorie; sed

Bb ex

ex meta gratuita, ac libera voluntate sua; non quod etiam liberet, & voluntate non concurrat, quando de facto concurrat cum intellectu, lumine glorie perfuso absolute loquendo; sed quia ceteris paribus major connaturalitas servatur in eligenda visione: cum intervenit luminis intellectui inherens, & in concursu Dei cum intellectu lumine perfuso, quam quoad immediate concurrat cum intellectu nudo, ut explicatum est a n. 151. sicut universaliter loquendo connaturalis concurrat Deus ad effectus creatos, quando ipsos producit intervenit causatum secundarum, quam quando illos se solo producit per majorem applicationem sue omnipotentia.

163. Quinto tandem, lumen requiritur ad manifestandum obiectum formaliter, seu in genere cause formalis, ergo lumen alii influxum habet, quam effectivum, ergo quando etiam influxum luminis suppleri potest. Confirmant alii apud Bafilium c. 3. d. 14. q. 1. art. 1. omnis veritas manifestatur, & videtur in aliquo lumine, quia omne, quod manifestatur, a lumine manifestatur secundum Apostolum, sed videndo Deum divina veritas manifestatur, sicut in quoad a lumine; sed non in lumine naturali intellectus, quia obiectum tale, & talis actus est sibi improprietatis, ergo in lumine supernaturali glorie infuso. Respondet negando assumptum, si ita intelligatur, quasi ipsum lumen sit illustratio formalis obiecti, vel ipsum manifestatio; si vero ita intelligatur, ut lumen solum effectivum concurrat ad producendum visionem, quia formaliter videtur, & manifestatur obiectum, tunc concedo assumptum, & nego primam consequentiam Bafilii, quod veritas divina manifestari potest animae beatę in lumine, quod est Deus, ex parte obiecti, & in lumine naturali proprio ex parte potentie, nec necessarium est aliud lumen absolute loquendo ad probationem, quod tale obiectum est improprietatum luminis naturali, inquit, quod non est simpliciter improprietatum sic, quod in tali lumine ex parte potentie non possit videri; sed bene verum est, quod tale lumen non sufficit ad tale actum, nisi operante Deo, & infusente specialiter ad ipsum, aliter, quam operatur communiter in rebus, hoc est concursu specialis, & immediato supplemte vices luminis glorie, modo jam explicato; ex quo patet, quam immerito Luitanus lib. 7. q. 3. art. 1. imponat Bafilio, quod senserit, presentato obiecto beatico intellectui creato, posse intellectum elicere visionem cum sola generali influenza.

169. Sed in falsis ex eodem Luitano lib. 10. q. 3. art. 6. n. 22. quod in tantum elevatur intellectus per lumen glorie, quatenus per illud transfertur ad esse supernaturalis ordinis, quod esse est prius, quam activitas ad producendam visionem; quod ibi probat ex Dionysio de divinis nominibus c. 7. dicitur, nos divina intelligere secundum nos quidem, sed extra nos statutos, & totos deificatos, quibus verbis innuit, virtutem nostram intellectiva tunc esse completam ad intelligendum Deum, cum posita extra suum esse naturale reponitur in esse divino, in quo tota deificatio, quam deificationem habet per lumen glorie; sed hec deificatio fit in genere formalis cause, quatenus per informationem formaliter constituit intellectum in aliquo esse supernaturali; ergo nequit ad Deum suppleri in genere efficientis cause. Resp. hoc totum esse verum, & hoc esse precipuum luminis glorie minus, ut dictum est, quod, a n. 149. verum intellectum esse ita deificatum per lumen glorie, seu esse intrinsecum supernaturalitatem, ut loquuntur Thomista, quibuscumque rursus, & emphaticis verbis explicetur, aliud in summano non importat, quam potentiam naturalem informatam per accidens forma supernaturali, atque ita non nisi de nominati vici per eam deificatum, & supernaturalitatem, ista autem informatio intrinseca, est supernaturalitatis, & deificatio intrinseca dicitur, licet de facto, & regulariter necessaria sit in intellectu ad eligendam visionem simpliciter, & absolute necessaria non est, ut loquat potentia naturalis actum supernaturalem producere, dum loco illius succedit assistentia extrinseca omnipotentia; potentiam adjuvantem actum supernaturalem producendum, quae assistentia, supernaturalitatis, & deificatio extrinseca dicitur, ut dicebamus n. 192. in fine; in quo casu diceretur adhuc intellectus, transfertur ad esse supernaturalis ordinis extrinsecum in actu primo per voluntatem Dei, paratam ad concurrendum cum eo hic, & nunc ad visionem, absque previa intrinseca dispositione luminis, & sicut dicimus, intellectum posse elevari principio extrinseco, ita quoque dicimus, posse deificari, & supernaturalitatis principio extrinseco ea deificatione, quae ad actum supernaturalem ex parte potentie vitalis necessaria est; Nec refert, quod modo talis deificatio, vel supernaturalitatis exerceatur per intrinsecam informationem, quia ut dictum est n. 159. in fine intellectus non coexistit lumine, tanquam formam informantem, quia necessarii actus in genere formalis cause, sed tanquam principium, quo adjuvatur in genere cause efficientis ad eligendum actum; unde dicebamus, quod si

lumen glorie non esset qualitas, sed substantia quedam per se stans, dummodo possit ad actum visionis simul cum intellectu concurrere, sufficiens haberetur, quicquid ad actum visionis eligendum requiritur; unde talis inherenti ei necessaria convenit, quatenus qualitas qualem non, non vero quatenus principium, intellectum elevans ad eligendam visionem.

QUESTIO SEXTA.

An intellectus creatus ad visionem concurrat, per potentiam naturalem, vel potius obedientialem, & ut causa principalis, vel instrumentalis.

Supponimus ex dictis supra a nu. 144. intellectum creatum beatum de facto activum, & efficienter concurrere ad beatam visionem, quae est communis omnium sententia, quibusdam Nominalibus exceptis; quoniam vis enim Scotus pluribus in locis probabiliter iudicaverit, visionem beatam posse a solo intellectu creato instari, quin sine illius concursu produci queat, ut dictum est disp. 2. de anima q. 3. attamen. i. d. 3. q. 7. & 8. supponit in universum, intellectum esse principium intelligentis elicivum, & causam efficientem partialem; imo quod. 14. & 15. art. 2. specialiter de visione beata loquens supponit, & ipsum activum ab intellectu beato produci, dum afferit, non esse verbum, tamen ab intellectu, ut ad potentiam naturalem elicitur, quia obiectum, nempe essentia divina non naturaliter sed liberet, ac per voluntatem concurrat; Verum tamen est, influxum intellectus in actum visionis non valde efficitur probari ex vitalitate actus, nisi ferret omnes argumentum, quia apud Scotum vitalitas intentionalis non formaliter in productione actus, vel receptione consistit, sed in intentionali conjunctione potentie cum obiecto, mediante ipso actu, unde satis est ad operationem vitalem, si aptitudinalem habeat propensionem, ut a principio vitali fiat, & in eo recipitur, ut loc. cit. de anima diximus, quia ratione Arriaga quoque disp. 7. sec. 2. n. 18. ingenue fatetur, ex vitalitate actus non probari, extra immediatum concursum intellectus. Hoc tamen argumentum ex eo admitti potest, quia secundum communem extrinsecam scholam, actus vitalis necessarii, ac indispensabiliter dependet a principio vitali, quod per ipsum operatur, ut actio immanens; tamen quia etiam in nostra schola tenetur oppositum, tamen omnes Scotista fatentur, regulariter ita esse, & quod si unquam actus vitalis produci potest aliunde, & ab extrinseco in potentia vitali, afferunt, fieri non posse connaturaliter, nisi per similem potentiam vitalem, unde de locutione Angelorum ajunt, intellectum unius posse producere cognitionem alicuius obiecti in intellectu alterius; cum igitur de facto beata visio non producatur per intellectum divinum, sequitur produci debere ab intellectu videntis; de quo videri potest Smilung, tract. 2. disp. 6. q. 9. num. 273.

Deinde quia ut dictum est q. 4. referendo sextum dicendum de luminis officio, Thomista affirmant, lumen glorie in ordine ad visionem esse totam agere rationem, vel secundum alios, sicut dicitur, & cautius loquens, ut intellectum, saltem in verbis, plus tribuere videatur, esse talem non absolute, & simpliciter, ut intellectus profusus ab efficientia excludatur, sed proximate, & immediatum, intellectum vero efficientiam radicalem, & remotam tantum habere, quod consequenter afferunt de omnibus aliis habitibus, & suis potentis, respectu suorum actuum suorum supernaturalium; suppono ex dictis ibidem, quod nec lumen glorie respectu visionis, nec quilibet alius habitus supernaturalis respectu suorum actuum est tota ratio agendi, adeo ut intellectus totaliter excludatur ab efficientia visionis, nec adeo proxima, & immediata, ut intellectus habeat tantum radicalem, & remotam efficientiam, imo potentiam ipsas quoque, proximate, & immediate influere in suos actus supernaturales; etenim, ut arguebamus loc. cit. si aliquid impeditur, quo minus intellectus proxime, immedie partialiter influeret in visionem, id maxime esset, quia visio est actus supernaturalis secundum substantiam; hoc autem non impeditur, quia de facto potentia naturalis, v.g. voluntas cooperatur ad actum charitatis, & contritionis, ut colligitur ex Trid. sess. 6. c. 4. tum quia esse potest supernaturalis, esto ad eum concurrat causa naturalis, dummodo secum concurrat principium supernaturale, illum elevans ad supernaturaliter operandum, siquidem ens supernaturale dicitur illud, quod non potest produci absque principio supernaturali, si vero concurrat ad ipsum aliud principium, quod est naturale, si vero non; nec enim ex sua ratione petitur quod liber principii eius sit supernaturale; nulla ergo in hoc assignari potest repugnantia, quae ibi ex actum non sit explosio; imo hec proxima, & immediata activitas nostram potentiam in actus suos supernaturales, cum sint supernaturaliter habitatae, adeo clara est, & a Patribus, & Conc. inculcata, ut ibi dixerim, Thomista nobiscum

Quaest. VI. Quomodo intellectus concurrat. Art. II.

in re omnino convenit, & si illam vocibus dividere, ut optime adnotat Ovidius, ibi est de quo interim videri potest Gallus 3. d. 14. pregl. 3. disp. 2. sect. 2. & quae diximus disp. 7. Phys. q. 6. art. 5. a. n. 126.

172. Restat ergo, ut in hac questione de activitate intellectus ad visionem discutamus, ut inaequum duo puncta proponat, an scilicet concurrat ad visionem per potentiam tantum obedientialem, vel etiam per naturalem; & an ut causa tantum instrumentalis, vel etiam principalis, & quidem quoad primam questionem partem Suarez multis in locis sentit videretur, non concurrere per naturalem, sed tantum per obedientialem, quae est ex mente illius in omnibus rebus, ut elevetur ad Deo ad supernaturales, & miraculosus effectus ad naturalem distincta, ita videretur discutere disp. 3. Met. sec. 1. nu. 46. & tom. 1. ad 3. part. disp. 22. sect. 1. & disp. 31. sect. 6. & lib. 2. de attributis negativis cap. 10. a. num. 14. & sentit, per illum potentiam concurrere ad visionem, quae extenditur ad omne id, quod non implicat contradictionem, & vocatur obedientialis & totum fundamentum est, quia intellectus per suam naturalem virtutem non potest attingere actum supernaturalem; hinc in eisdem locis afferit, & consequenter, intellectum ad visionem concurrere solum, ut instrumentum, quia illa virtus obedientialis est solum instrumentaria; quam sententiam aliqui Recensorio secuti sunt, quos cit. Luitanus lib. 10. q. 3. art. 4. & sequi tenentur Thomista omnes, qui contendunt, lumen esse totam rationem, & causam producendi visionem. Opposita sententia ferre communis est, intellectum influere in visionem per suam potentiam, & virtutem naturalem, accipiendum naturale pro eo, quod fuit a principiis naturae, & essentiae rei, quam docuit Scotus qu. 1. prolog. & d. 4. q. 5. dum ait, beatitudinem esse posse in eodem modo propter inaequalitatem naturalem, & 3. d. 13. ad 4. q. dum ait, intellectum ex se habere vim remotam, saltem ad actus beatificos; quod repetit 4. d. 49. q. 1. prope finem; quam preter omnes Scotistas sequuntur Recensorio passim, Vasquez part. 1. disp. 176. Beccan. tract. 1. cap. 9. q. 4. Molin. art. 6. disp. 2. Valent. tom. 2. disp. 1. q. 5. punct. 3. Ovidius, loc. Turrian. opusc. 2. disp. 2. dub. 2. Luitanus, fusse loc. cit. Ubi pro hac sententia plures adducit; qui consequenter tenent, intellectum concurrere ad visionem, ut causam principialem, licet partialem, in suo ordine, ita Vasquez disp. 43. cap. 4. ad finem, & licet disp. 176. admittat aliquam rationem instrumentalem late sumptam, non tamen quae tollat rationem causae principalis, ut constat ex c. 4. n. 2. & cap. 5. nu. 26.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur quaestio quoad primam partem.

173. Resolutio quaestio quoad primam partem sumenda est ex dictis disp. 7. Phys. q. 6. art. 5. Ubi disputamus, an preter potentiam obedientialem passivum detur etiam activa in rebus creatis, per quam elevari possit ab agente supernaturali ad producendos effectus supra naturam; & dicitur tamen in rebus creatis talem potentiam obedientialem activam, ultra passivam, quam omnes admittunt, & probamus expressis Scoti testimonio; addimus tamen, hanc potentiam obedientialem activam non esse in quolibet ad quodlibet, ut Suarez, Hurad. & alii imaginati sunt, sed tantum ad quosdam certos, ac determinatos effectus, adeo ut solum illa causa secunda dicenda sit habere vim quandam activam, quae possit elevari ad producendum effectum naturae vires excedente, quae ex se est aliquo modo remota proportionata, ita ut concorsu generali Dei possit aliquid effectum producere, habentem saltem aliquam analogiam cum effectum supernaturaliter producibili, ut differat ab eo, sicut imperfectum a perfecto, idque vel intra eandem speciem, quod ibi explicamus exemplo generationis Christi Domini aeterni, vel si sit alterius speciei, & alioris ordinis, qualis est actus supernaturalis secundum substantiam, habeat tamen ordinem aliquem ad causam productivam, ita ut non peccat ab alia causa productiva, sed peculiarem connexionem habeat cum ea; quo pacto se habent intellectus Dei intuitiva, & abstractiva, nam licet illa sit supernaturalis, habeat tamen ordinem, analogiam, & proportionem ad intellectum naturalem, quatenus non petunt produci ab alicuius causa; etenim negari omnino non potest, quod etiam si nis productivam esse natura rei non habeat intellectus maiorem connexionem cum intellectu, quam cum voluntate, vel ligno; Quod etiam proportionaliter ibi asserimus de potentia passiva obedientialis, non enim habet asserenda est in quolibet ad recipiendum quodlibet, quia nec lapis potest recipere sapientiam, nec Angelus albedinem, &c. Sed illa res tantum potest elevari ad recipiendum formam aliquam supernaturalem, quae proportionem aliquam habeat cum illis in ratione receptivi, & receptibilis, ut est oculus cepti respectu visionis, & anima intellectiva respectu gratiae. Praeterea dicimus ibi, quod sicut

in rebus potentia obedientialis passiva non distinguitur realiter, ac entitative a potentia passiva naturali, sed est eadem propter entitas subiecti, quae ut comparatur ad formam recipiendam dicitur potentia naturalis, violenta, vel neutra ex Scoti quaest. 1. prologi L. ut vero comparatur ad agens supernaturale, dicitur supernaturalis, & obedientialis, unde potentia passiva, quam habet anima ad dona supernaturalia, immo ad recipienda per suam entitatem, dicitur naturalis, si praesice comparatur ad formam illam, quatenus sunt maxima illius perfectiones; quatenus vero comparatur ad agens, & non exigit aliquod principium activum i natura, per quod ad actum reducatur, sed subordinatur agenti supernaturali ad eam recipiendam, citra omne debitum naturale, non naturalis dicitur, sed obedientialis, sic patet discursu de potentia activa, quod eadem est realiter, ac entitative in ordine ad actus naturales, & supernaturales; cum hoc tamē discrimine, quod comparata ad effectus naturales, cum quibus omni modo habet proportionem, & connexionem ex natura rei, dicitur absolute naturalis, at in ordine ad actus supernaturales, cum quibus tantam proportionem non habet, dicitur inchoata, & obedientialis, & non absolute naturalis, quia non peccat compleri per aliud principium sibi debitum, sed tantum habet non repugnantiam, vel si placet, aptitudinem remotam, ut possit ad Deo compleri per principium sibi debitum, quo elevatur & in actu primo constituitur ad actum supernaturalem; his ex Physica loc. citat. praesuppositis.

Dicendum est in proposito, quod si sumatur potentia obedientialis in sensu a Suarez ex cogitatione, intellectus non concurrat ad visionem per potentiam obedientialem, sed naturalem, non quidem nude, & solitarie sumptam, sed ut elevetam per concusam naturalem; si vero sumatur in sensu a nobis declarato, utrumque dici potest, quod scilicet concurrat per potentiam, vel per inoniam, & naturalem, ut elevatam, & sic non est questio nisi de nomine; melius tamen dicitur concurrere per potentiam obedientialem, quam naturalem. Conclufio est communis Auctoris secundae sententiae, & quoad omnes partes probatur; & quidem quoad primam, quia potentia obedientialis in eo sensu a Suarez, ut sit in quolibet ad quodlibet, non datur, & est mera commentaria, ut suppono ex Physica loc. citat. & quoad etiam in aliis rebus admittitur, ac etiam in ipso intellectu, tamen admittenda non est in ordine ad actus vitales cognitionis, sicut enim fuit, ut commaturaliter fiant, pendens a potentia cognoscitiva, ut talis esset, ad huiusmodi actus dicens est intellectus, potius concurrit per potentiam, & virtutem suam naturalem, quam per obedientialem in eo sensu inspectam. Tum quia Deus uti potest quolibet instrumento ad producendum quemlibet effectum per potentiam obedientialem in sensu a Suarez, ut ipse fateatur loc. citat. ergo si intellectus solum per hanc potentiam obedientialem ad visionem concurrat, potest aequè concurrere sensus, aut voluntas, cum quoad hanc potentiam sit par ratio de omnibus, quod si hoc de aliis potentis negatur, & praesice de intellectu affirmatur, planè debet aliqua virtus agnoscere in intellectu, praeter potentiam hanc obedientialem, quae non fit in voluntate, & sensibus, & haec non erit aliud, quam naturalis facultas intelligendi. Tum quia, ut arguit Luitanus, est lib. 10. qu. 3. art. 3. si intellectus ad visionem concurreret per potentiam obedientialem a Suarez positam, non haberet ordinem, aut proportionem magis essentialem, & connaturalem ad visionem, quam ad ceteros supernaturales effectus, quos per eandem obedientialem potentiam potest producere, quales sunt translatio montis in alium locum, restitutio visus, &c. quod est falsum; consequentia probatur, quia potentia obedientialis, quam Suarez admittit a naturali distinctam, est aequalis, & ejsdem rationis in omnibus rebus, ut docet lib. 2. de attributis negativis, cap. 21. nu. 13. falsitas consequentis ostenditur, quia non videretur, posse negari intellectui habere proportionem magis intrinsecam, & essentialem, & magis connaturalem ad visionem, quam habeat ad alios praefatos effectus, ut v.g. transferendi montem, &c. nam huiusmodi actus sunt transientes, ac proinde a principio vitali non procedunt, ut tale, & immanenter agente, visio autem est actus vitalis, & immanens ac proinde natura sua peti oriri a principio vitali, quatenus tali, & immanenter agente; ergo haec ab intellectu produci potius per potentiam naturalem, quam per obedientialem. Tum tandem quia visio Dei est contra majorem habere connexionem cum intellectu, quam cum voluntate, aut substantia Angeli, vel ligno; ergo produciat ab eo ratione alicujus peculiaris virtutis, quae est eius facultas naturalis ad intelligendum; antecedens probatur, quia licet intellectus non sit debita actus supernaturales, tamen si illa futura esset cognitio, vel visio supernaturalis, potiori quodam iure fieri deberet ab intellectu, quam fieri habitus gratiae ab aqua, vel ab ipso intellectu, si posset physice elevari ad producendam gratiam; consequentia verò probatur, quia si potentia obedientialis est aequalis, &